

CURAMINIMORUM.

S. I.

Cura Minimorum in bono.

Ex Viri.

DE ligno scientia boni, & mali, ne comedas. Gen. 2. 17. Bafilus, & Nyllenus: sciendum, mandatum, quod obedientiam hominis probaret, datum fuisse. Verum, si Deus Adami obedientiam experiri vult, cur non rem majoris momenti precipit? Parum in pomi contemptu obedientia laborat, quando paradisi delicias exundat. Si venisset reliquias omnes, una tantam concessa, alacris obsequii agnosceretur devotio; at, tot pomiferis concessis arboribus, una abstinere, nec cultus obsequium, nec obedientia videtur studium. Minima precipit, ut obedientia virtutum examine: nam vel indevidi est magnis obtemperare preceptis; est perfecti, parere vel minimis. Naxera in Joh. 8. §. 4.

Digitus DEI est hic. Ex. 8. 9. Manu adversantur, & succumbunt digito. Scinphis educere. incantamentis non possunt, qui virgas dracones fecerant apparere. Theodoret. Digitum DEI dixit, non manum; hinc tamen digito succubuerunt. Lethali non infici, iustorum est; ast nec apicem Legis preterire, perfectorum. Id. ib.

Tolle senem omnem multitudinem pugnatorem, & consurgens ascende in oppidum Hai. Jos. 8. 1. Cur omnem suam multitudinem tollat invasus non maratam, nec copiosam urbem, sed oppidum? fors quia oppidum: sape enim exliora, & minora, majorem virtutem, & fortitudinem exigunt. Id. ib.

Cur durante coma Samsonis duravit & fortitudo? Judic. 16. 14. Ut Deus moneret, capillorum, idest, rerum minimarum nobis curam esse habendam. Corn. hic.

Revocare dormi. 1. Reg. 3. 6. Sufpicatus Heli Samuelem vocari a Domino, jubet illum ad lectulum recire, & dormire. Quale hoc preceptum ad puerum, qui expectabat se a Domino vocandum? cur non potius monet, ut oret; vel aliud virtutis insigne opus faciat? S. Greg. lib. 2. in Reg. cap. 3. redire ad somni quietem Samuel sinitur, ut profecto nec ea, que sine minima, contemnamus. Baeza 1. 14. cap. 12.

Abigail ex humili fortuna a Davide in regni, thronique confortem assumpta, ob tenae humanitatis obsequium, & pauca edulia, quibus David, & servos recreavit. 1. Reg. 25. 27. Rebecca in Isaac sponsam, & promissi Messia abaviam, propter oblationem eius paranymphe aquae haustum, adlecta est. Gen. 24. 18. & c. Segneri. 1. 2. die Ven. 3.

Capillos Deo numerat, & eorum curam habet; gressus observat. Intempto Salomonis usque ad ipsa emunctiora provide re voluit. Quatuor sunt minima terra, & ipsa sunt sapientiora sapientibus. Prov. 30. 24. Minimum pro magno placeat tibi. Eccli. 29. 30.

Judith, non post prostratos leones, aut urfos, ut David ad gigante; sed post sulum ad gladium accedit. Judith. 13. 8. Sic Prov. 31. 19. mulier illa manum suam misit ad ferrum, & digitus eius apprehenderunt sulum. Haccine fortia illa facinora, ad que misit manum, quod apprehendit sulum? quid sulco quod fortibus facinoribus? sane fortissimi etiam viri in spiritali studio per levium rerum exercitium se ad ardua accingunt. Baeza 1. 10. c. 7. §. 4. S. Petr. Dam. opusc. 14. c. 1. quia videlicet hujus vite idoneus executor sic se per majora opera ex devotionis fervore dilatat, ut etiam cautos, que sunt minima, non relinquat.

Rugitus leonis, & vox leonum, & dentes catulorum leonum conterriti sunt, inquit Eliphaz. Job 4. 10. Sed quid mirum, catulorum fractos dentes, quando discipulos leones, & leonas, praecepit? sylum invertat, & a catulorum dentibus inchoet; ut exaggeratio debitis gradibus ad summum ascendat. Leones vincere, virtutis elogium est: sed nonnumquam qui leonem, & leonem in profu laceravit, catulorum sustinuit morsus. Naxera in Joh. 8. §. 4.

Vulnerasti cor meum in uno oculo tuo, & in uno crine colli tui. Cant. 4. 9. In uno oculo tuo, & in uno crine, saucium se elamat: ut ostenderet, non tam sibi grata esse opera magna iustorum, sed etiam minima. S. Franc. Salesius prax Spir. p. 3. c. 35.

Ex Novo.

Si cetero tantum vestimentum eius salva ero. Matth. 9. 21. De levi subbriz tactu morbo salutem parat. Sic per levisima virtutum exercitia ad illustres saepe victorias aptamur. Baeza 1. 10. c. 7. §. 4.

Vestri capilli capiti omnes numerati sunt. Matth. 10. 30. Discipulorum Domini etiam capilli dicuntur esse numerati! hoc est, omnes actus, omnes sermones, omnes cogitationes eorum servantur apud DEUM; quia iusta, quia sancta sunt. Orig. hom. 8. in Levit.

Quis pater, major est in regno caelorum? Matth. 18. 1. In salutis negotio etiam minima servanda, & implenda. Parvuli fieri jubemur, qui in regnum caelorum contendimus. Sed cur parvuli sumus? alibi moniebat Matth. 5. 48. estote perfecti, sicut Pater vester caelestis perfectus est; modo ut sicut parvuli efficiamur. Quid parvulus commune habet cum Patre, & Creatore omnium? Parvulus aeternitatis parva. Nec aliter magis claret perfectio Creatoris, quam in eo: quod etiam rationem, & curam habet parvorum animalium. Fiat ergo parvulus aeternitatis etiam virtutum parva; quicquid Conditoris induere vult imaginem. S. Hieron. in Epitaphio Nepotiani: ut enim Creatorem non in caelo tantum miramur, & in terra, & sole, oceano, elephantis, camelis, equis, bobus, pardis, uris, leonibus; sed in minutis quoque animalculis, formica, culice, mufcis, vermiculis, & istiusmodi generis; quorum magis scimus corpora, quam nomina, eandemque in cunctis veneramus solertiam; ita mens CHRISTO dedita, & que in minoribus, ac majoribus intenta est; sciens etiam pro otioso verbo reddendam rationem. Baeza 1. 14. c. 12. §. 3.

Christus Luc. 7. 44. Pharisaeum arguit, quod pedibus aquam non dederit, neque terferit capillis, nullam faciens mentionem alabastris, & unguenti pretiosi. Quia aqua, & capillis; hoc est, rebus minutis designantur ea, quibus gratiam DEI possimus mereri. Tu quidem aggressus meos diminuerasti. Job 14. 16. Pellegrius cap. 5. Matth. part. 1. 2.

Admone illos ad omne opus bonum paratos esse. Tit. 3. 1. Signum magnum apparuit in caelo. Apoc. 12. 1. Sed cur magnum, quod minimis coronatur luminibus, luminari vero maximo veliatur? Itane majus lumen villus in Origine est? principisque siderum non coronat, sed velit? Nimirum quae in caelo coronant Reges, non tantum facta praecleara sunt, sed saepe quae minima putantur opera, principibus caeli diademata fabricant. Ritus compressus, verbum durissimum non repositum, non emissus lepor, bolus neglectus in fortia; stellas, non soles sunt; spectatore carent; nec in luce humanae aeternitatis coruscant. At in caelo pra sole nobilitate aeternitatis regnant coronant. Dicit minima non spernere; qui non sole, sed stellis, Virginem videns insignitam. Oliva lib. 12. Strom. hic.

Ex Patribus.

Nihil earum rerum, quae DEO offeruntur, tam parvum est, quamvis etiam minimi momenti sit, quamvis longe illius dignitate inferius, quod non omnino accipiat, atque comprobet. S. Greg. Naz. or. 23.

Preceptores non solum elementorum Scholaribus ostendunt figurat; sed & minima quoque puncta, distinctioneque, proponunt. Atque sic oportet nihil, quantumvis minimum, quod ad salutem pertinet, negligere. S. Ephrem. de vita spirit.

Nec in maximis tantum, sed & in minimis, maximus erat. S. Bern. f. 26. in Cant. de Gerardo fratre suo.

Vide plura tit. Parva. Liberalitas Dei.

S. I.

Cura minimorum in malo.

ET ne tangereis illud. Gen. 3. 3. Mendacii ab Interpretibus solet argui Eva; quod non solum esum, sed etiam tactum ligni, sibi dicit prohibuit: quod tamen cap. 2. 17. non exprimitur. Ego tamen non video, cur, qui in negotio minus periculoso, montis tactum prohibuit, hic etiam tactum ligni non vetaret, licet id Scriptura non referat. Quod si, ut est, probabile putas; merito DEUS vetuit tactum, ne a tactu veniret ad esum. Oleast. hic: pius Pater precepit non tangere; licet scriptum non sit; ne contingeret edere. Solet Dominus vias ad peccandum, seu initia, pracludere; ne contingat peccare. Ramirez in epist. Chr. Apoc. 2.

Carere, ne ascendatis in montem, nec tangatis fines illius. Ex. 19. 12. Oleast. hic: pulchrum habent admonitionem Praelati, ut, cum velint praepia sua a subditis servari, prohibeant initia transgressionum &c. Quare & hic Dominus non solum prohibet montis ascensum, sed & contactum. Ideo enim prohibet tangi, ne contingeret ascendere. Ubi simul discit, quam sit cavendum, peccati terminos accedere, si vis non peccare. Id. ib.

Nazarai, Num. 6. 3. etiam acinis abstinere debebant: ne videlicet ab acinis ad uvas, ab uvis ad vinum transirent. Ita religiosi omnem etiam minimam, & remotam occasionem gulae, & peccati, praecindere debent. S. Antoninus 2. part. hist. tit. 25. §. 2. praefat. Religiones, quae non magno fervore, & vite sanctimonia, initium habuerunt, minima negligentes traditionum patrum, processu temporis paulatim deflexerunt, & exinanita sunt usque ad fundamentum in eis, vota scilicet substantialia. Sanct. Greg. Nazianz. orat. de fuco: illud velim ne ignores: rugam unam tibi turpiorum esse, quam maxima vulnera iis, qui in Mundo vivunt; neque

TITULUS XLV. CURIOSITAS.

Motiva eam vitandi.

Totus propter aspectum captivus factus est. Genes. 34. 2. Sanct. Chrysol. hom. 59. de Emor filio Sychem. Oculi sunt anime fenestra, speculum sit mentis, sit lumen corporis, membrorum dux sit; non introitus vitiorum. S. Chrysol. f. 139.

Gravis, ac vehemens est proditor, oculus vagus, atque distractus. S. Ephrem Paron. 37. Mens oculis tanquam fenestris utitur. Lactantius lib. de opificio Dei.

Non humiliter, neque constanter, ut debuit, ingressus est: & fortasse ideò corruit; quoniam, non ut pugnaret, sed ut finem videret, accessit. Sanct. Laur. Just. de triumph. cap. 8. de Petro.

Si porta colorum bene munita fuerit, tota illa interior civitas cordis nostri ab assultu vitiorum quietata erit. Hugo a S. Victore in Pf. 13.

Vide plura tit. Oculus.

D.

DEBITA.

S. I.

DEO reddenda.

Dimitte nobis debita. Matth. 6. 12. Quid debemus Deo, nisi imaginem, & similitudinem ejus servare illam? S. Chryl. hom. 9. c. 6. in Matth.

Cum non haberet, unde redderet. Matth. 8. 25. Si non habebat, non redderet, cur respondet tanta cum fiducia: & omnia reddam tibi? utrumque verissimum est: non habet peccator, unde reddat; & potest cum fiducia maxima dicere, omnia reddam tibi. Non habet, unde reddat a se; habet, unde reddat a Deo. Non potest peccati debitum solvere pecunia propria, potest solvere pecunia, & mentis D. N. J. C. In seipsum si oculos conjiciat, nihil reperit, quod pro peccato remittendo fit satis: si Christum Crucifixum intueatur, sident clamabit: Domine, omnia reddam tibi. Non reddam ex opibus meis; sed ex opulentissimis thesauris vulnerum Domini mei. Barradius t. 2. l. 10. cap. 37. hic D. 21. Pent.

Redde quod debes. Matth. 18. 28. Nulla est omnino creatura, quae quod debet, non faciat; excepto homine solo, & diabolo. Probat id deinde. I. ab Angelis, & reliquis creaturis. S. Bonav. f. 123. D. 22. Pent.

Duo debitorum erant eisdem feneratori. Luc. 7. 41. Non materiam feneratori huic debemus pecuniam, sed meritum examina, ara virtutum; quarum meritum gravitatis pondere justitiae specie, sono confessionis, expeditur. Vae mihi! si non habuero, quod accepi. Aut quia difficile quisquam est, qui feneratori huic integrum debitum possit exsolvere. Nihil est, quod dignè Deo retere possimus. Quid enim referamus pro suscepta carnis injuria? Quae pro verberibus? quid pro Crucce? obitu? sepultura? Vae mihi! si non dilexero. Reddam ergo anorem pro debito, charitatem pro munere, gratiam pro sanguinis pretio. Plus enim diligit, cui donatur amplius. S. Ambr. l. 6. hic.

Plura solvendi habet subsidia, qui Deo; quam is, qui homini debet. Homo pecuniam pro pecunia reposcit, quae non semper debitori praesto est, DEUS affectum exigit, qui in tua potestate est. Nemo pauper est, qui Deo debet; nisi qui seipsum pauperem fecerit. Esti non habet, quae vendat; habet, quae solvat. Oratio, lacrymae, jejunia, debitoris boni census est. S. Ambr. lib. 2. de poenit. c. 8.

Etiam mille mortes pro Christo pateremur; ne sic quidem satisfacere, aut debitum nostrum implere possimus. Alius quippe est DEI, alius servorum, sanguis; secundum dignitatem dico, non secundum substantiam. Jo: Clim. gr. 22.

Quid illi retribuimus pro omnibus, quae retribuit nobis? Quid illi pro malis meis, quae perulit? quid pro bonis suis,

bis portas accurreret, a portae custodibus aperto tantisper portae minoris aditu, admittus est. Quae occasione usi hostes, alii ex aliis in portam illam irruerunt, urbe deinde tota potiti. Nadai in sexto mense amor. div.

que contulit, referam? quid pro suscepta carne? quid pro alapis, opprobriis, flagellis, cruce, obitu, sepultura; rependam? Reddamus anorem pro debito. Sanct. Paulinus ep. 4. ad Severum.

Ingenita debita labor solvit exiguus, quae vix consumpturus erat ardor aeternus. S. Casarius hom. 1.

S. II.

Debita peccata sunt.

Dimitte nobis debita nostra. Matth. 6. 12. Et dimitte nobis peccata nostra. Luc. 11. 4. Quare post petitionem panis de venia peccatorum agitur? Resp. Fortunatus: bene, post escam quaesitam, postulat venia peccatorum; ut, qui DEI cibo pascitur, Deo vivat. In pane intelligitur omnia temporalia ad vitam necessaria. Obtenit his homo ad peccatum adeo est proclivis, ut mox ei necesse sit veniam peccatorum petere. S. Thom. in Catena ex S. Chryl. post subsidium cibi, petitur & venia delicti. Sylv. in Matth. 6. q. 16.

Decem millia talenta. Matth. 18. 24. Quantum interest inter centum denarios, & decem millia talenta; tantum & inter ea, quae nos in Dominum; & ea, quae alii in nos deliquerunt. S. Chryl. in Gen. hom. 27.

Et debitum dimisit ei. Matth. 18. 27. Quam facilis debitum remittit, qui tam iratus justit venundari peccatorem. Justit venundari, ut pereret veniam. Vexatur a Domino, ut ad poenitentiam alliciamur. Sanct. Chryl. Rex caelestis non ex crudelitate justit servum venundari, uxorem & filios: sed quia incredibili cura illius devictus hac comminatione ad supplicandum, ne venderetur, adducebatur. Efcob. t. 6. par Chr. l. 2. §. 3.

Non curabant Sodomitae debita, neglexerunt quotidie. Neglectu crescente crevit debitum: repetitionis Chiographum auctum est, feneratori peccati aucta sunt; factum est tempus repetitionis. Non habuerunt aliquid in promptu, quod redderent; non erant solvendo. Imperavit Dominus debiti, ut ipsi traderentur igni, & mulieres eorum, & filii eorum: & omnia, quae habuerunt in satisfactionem cederent. S. Chryl. in Gen. ferm. de Adam, & poenitentia.

Oculi sunt velut loculi solutionem debitum deducemes per lacrymas. S. Bonavent. in Pf. 118.



DESIDERIA.

§. I.

Symbola, & similitudines.

Os meum aperui. Psalm. 118. 131. Os cordis desiderium est: quod tunc ad amorem aperitur, quando supramodum ad hominem desideratur. Sancti Thom. Vill. ser. 3. Diliges Dom. &c.

Omnibus labor hominis in ore eius. Eccl. 9. 7. Os dicitur inhiatio desiderii: qui enim desiderat, quasi aperit. Labor enim igitur esse in ore, hoc est, laborare ad desiderii completionem. S. Bonav. hic.

Omnis, qui vult sibi aliquid prestari, in ardore esse desiderii. Ipsum desiderium fitis est anime. S. Aug. in Pf. 62. Hydriopim spiritualiter patitur, qui ardentem aliquid concupiscit. S. Laur. Just. in fac. am. c. 15.

Fames anime, desiderium est. Rich. à S. Vict. tract. de grad. char. p. 1. c. 2.

§. II.

Desideria dilata cruciant.

Ex Veteri.

Multiplicabo arummas tuas. Gen. 3. 16. & conceptus tuos. Ex Hebræo aliqui sic reddunt: Multiplicando multiplicabo arummas tuas. & conceptus tuos; angustia parietis filius tuus. Ubi observat Oleaster non in eo fuisse maledictam mulierem, quod multas proles paritura esset, (hoc enim in benedictione Dei numeratur) sed maledictionem, & poenam, illius futuram in modo parienti, & tempore conceptus. Deceverat enim Deus, ait Oleaster, ut foetina suscepto semine, & formato foetu, statim illum emitteret, & non gustaret in utero ad novem menses cum maxima molestia; ideo in poenam peccati multiplicavit tempus. Est mulier desideriorum mire impatiens; quam cum DEUS maxime totam velle, acerbiores non invenit dolores, quam ut eam reserpare dilacione castigarent. Did. Nyff. ser. 5. Domin. 1. Quadrag. §. 4.

Commota fuerant viscera eius super fratre suo. Gen. 43. 30. Sept. torquellantur viscera eius. S. Ambr. l. de Joseph c. 10. torquellantur viscera eius, quia complectendi eius, quem desiderabat, libertas distinebatur. Id. ib. gaudendum tibi potius, ex quo charissimum tuum Benjamin vides tamen desideratum. Ardentem se manifestare, illum amplectari, & osculari cupiebat; sed eo contineat se, quia tempus opportunitatis id faciendi expectabat.

Videns autem populus, quod moram faceret descendendi de monte Moyses. Ex. 32. 1. Impatientissimum desiderium, & expectatio longior, eos ad idololatriam compulsi. Paoletti serm. 14. de S. Monica.

Si occurrerit tibi homo, non salutes eum; & si salutaris te quisquam, non respondeat illi. 4. Reg. 4. 29. Quærit Abul. cur ita preparare voluerit Eliseus discipulum suum ad resuscitandum puerum? Resp. id factum, ad satisfaciendum citò desiderio mulieris.

Defecit in salutare tuum anima mea. Psalm. 118. 81. Ponitur hoc verbum, defecit, pro desiderio nimietate declaranda. Ut est illud Psalm. 81. 3. concupiscit; & defecit anima mea in atriâ Domini. Item & hic sancta congregatio defecisse dicitur animam suam in Domini Salvatoris ardentissimam charitatem. Mos enim iste humanitatis est; ut, quod omnino concupiscimus, in eo lassari, ac deficere videamur: quando dilacione suspensi ad vota nostra pervenire non possumus. Casiodorus in Pf. 118.

Spes, quæ differtur, affligit animam. Prov. 13. 12. Cunctis liquet, quod omne desiderium poena sit; Salomone quoque attestante, qui ait: spes, quæ differtur. S. Greg. mor. l. 9. c. 15. Hebr. spes protrahit, morbus; aut ageritudo cordis: dolor cordis maximus.

Ex Novo.

Rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. Matth. 9. 38. Quærit Abulensis: cur non iusserit petere operarios ad seminandum? juxta Luc. 8. 5. Exiit, qui seminavit, seminare semen suum. Resp. q. 8. in cap. 10. Matth. hoc dictum est, ad confortationem Discipulorum. Quia, si diceret eis Christus, quod mittebat eos ad seminandum, videbatur eis imponere tristitem rem; eò quod, qui seminat, expectat longo tempore; qui autem metit, gaudet secundum illud If. 1. abstant coram te, sicut qui laborant in messe. Non est leve genus martirii, torqueri tyrannide desiderii. Did. Nyff. D. 1. Pasch. §. 2.

Quærit S. Ambr. l. 1. de poenit. c. 16. Cur Deus elemosynariis, quibus vitam æternam addicit, hujus vite bona promittat. Matth. 19. 29. Omnis, qui reliquerit &c. censulam accipiet,

vitam æternam possidebit respondet: prius hic promittit, ut fastidia dilacionis auferret. q. d. fovere desideria gloriæ, quæ expectatur, talibus promissis voluit, & mitigare spei ardorem, quæ molestissima est. Did. Nyff. ser. 5. D. 1. Quadr.

Nolebant venire. Matth. 22. 3. 4. Iterum Rex mittit servos cum tali mandato: prandium meum parvum; & tauri mei; & alitilla occisa sunt; & omnia parata: venite ad nuptias. Cur monet, in promptu esse omnia, nec aliud reliquam; quam venire, & instructæ jam mensæ assistere? Causa hæc est: vocabantur primò nuntio ad nuptias; & ad prandium: cumque invitati putarent, moras fore in celebritate nuptiarum, nolebant venire. Nam homines omni voluptati renuntiare malunt, quam diu illam expectare. Plus enim ponderis habet dolor desiderii præsentis, quam gaudium boni futuri. Itaque Rex, ut ceteros illos convivas habeat; monet; invitasse illos non ad expectandum, sed ad prandendum. Did. Nyff. f. 5. D. 1. Quadr.

Volo, ut proximus vestri mihi in disco capite Joannis Baptistæ. Marci 6. 25. Et non vides puella regem mensæ assistentem? cum primoribus regni sui; nec oportunitatem esse excedende crudelitatis tempus; nec decere, ut vinum sanguine misceretur. Nihil horum vel cogitat, vel curat. Volo ne proximus vestri. Idem fer. 4. Dom. 1. Quadr. §. 4.

Exultavit infans in utero eius. Luc. 1. 44. Sancti Chryf. apud Metaphr. 2. Junii: exultavit, tamquam injustam custodiam quætebat matricem; in clausura nature insultabat, caelestibus; & clausis labiis vociferabatur figuris, talia matri dicens; injulæ facis; & mater: quæ tardas prophetas; gestando in utero præcursorum Regis Christi martyrem stringis. Unde hoc martyrium Joanni? quis carnifex? non alius, quam vicinitas boni propinqui: ad manum habere Deum, nec illo frui pro voto posse, hoc est esse martyrem. Id. f. 6. D. 1. Quadr. §. 2.

Baptismo habeo baptizari: & quomodo carbor, ut que dum periclitatur. Luc. 12. 50. Non ait: quomodo, cum periclitatur, ardebor, q. d. tunc non ardebor, cum periclitatur. Modò desiderii patitur flammam, postea sustinebit crucis injurias. Sed adeo levis est, patibulo dilaniari, quam equale desideriorum torqueri; ut desiderans ardeat, patiens quodammodo doloribus exolvatur. Cajetanus: affirmatur coarctatio, id est, afflictio; & sub admiratione ponitur modus. Quomodo? quia incredibili modo affectabat perfectionem passionis suæ. Vehemens desiderium, animi martyrium. Qui anxio, vehementique desiderio cor tradidit, seruo tortore non indiget: nam cupiditatis flamma fiet dure excedit præcordia; ut longè tyrannorum excedat tormenta. Inventus est, qui ardentem rogo manus subridens admovevit; qui ferociam traicistortoris, marmoris instar, eliserit, &c. non tamen hucufque repertus est, qui, urgenti desiderio divexatus, non clamat, non gemat, & suspirat. Naxera in Jos. 15. §. 34.

Domine memento mei, cum veneris in regnum tuum. Luc. 23. 42. Nè superaret radio, nè laxaretur tarditate, nè longæ expectationis fatigatione succumberet; beatitudinem celestem, & cæleste promittit obsequium. S. Chrysol. f. 24.

Et ego mitto promissum patri mei in vos. his dicitis, elevatis manibus, benedicite eis. Luc. 24. 49. 50. Benedicit Discipulos suos, fortassis insidens eis vim; quæ custodiret usque ad adventum Spiritus. Theophyl. hic. Cur hoc robore egebant Apostoli, ut ferventer usque in diem adventus Spiritus Sancti? quod periculum imminerebat? Quia spes tantum affigere solet; ut videatur Deus præfolabundus novis auxiliis necessariò constabile debere, nè vita illorum inter expectationem deficiat. Did. Nyff. lib. 10. c. 2.

Erat ibi 38. annos habens in infirmitate sua. Jo. 5. 5. Ex multis miseris, quas hic homo passus, præcipuus dolor fuit, expectatio 38. annorum. Id. f. 6. D. 1. Quadr.

Modicum, & non videbitis me. Jo. 16. 16. O modicum, & modicum! o modicum longum! Pie Domine! modicum dicitis, quod non videbitis me? saltem sit verbum Domini mei: longum est, & multum valde nimis. S. Bern. f. 74. in Cant.

Ex Patribus, & aliis.

Domine ante omne desiderium in poenam convertitur, si non citò evenierit, quod optatur. S. Greg. in Pf. 3. poenit.

Maximè dilectionis, & fidei est, non patienter mori; sed patienter vivere in hoc sæculo pleno peccatis; & voluntatem sequi Creatoris cuncta bene disponens, dum non citò exauditur cupiens dissolvi, desiderans ab ista valle lacrymarum migrare ad gaudium visionis Dei. S. Rupert. l. 12. in Matth.

Unicus revera dies, tota hominis vita est desiderio languentibus. Quod Theocritus in Bucolicis dixit: languentes desiderio una luce senescunt. S. Greg. Naz. or. 13.

Omnis mora desideranti longa est. Hugo à Sancti. Vict. in Pf. 41.

Vide plura tit. Spes. Longanimitas.

§. III.

Cupimus negata, difficilia, abstracta, absentia.

Ex Veteri.

Abernaculum ista facies: decem cortinas. Ex. 26. 1. Oleast. novit Dominus, quam facile in contemptum veniant, quæ nobis sunt familiaria; Ideo, licet delicias duxerit esse cum filiis hominum, voluit tamen ab eis multis operculis occultari.

Quis mihi daret potum aquæ. &c. 2. Reg. 23. 15. Non constat David hanc aquam appetivisse, nisi Philistæo ad eam posito v. 14. Quò Philistæus magis aquam negat, eò David magis capit. Quod fuit David, id fame probat Esau, qui à Jacob pulvis perit. Gen. 25. 30. Cunctatur Jacob, & negat, nisi sibi vendat primogenita. Quo Jacob in negando tenacior, eo frater in expectando importunior; ut mori se credat, nisi fruatur optatis. Velloso in Judith 7. Paracet. 17.

Rex Salomon adamavit mulieres alienigenas multas. 3. Reg. 11. 1. Pineda l. 7. de reb. Salom. c. 6. n. 3. Mirum ait, quod inter tot foeminarum greges nulla mentio Israelitarum foeminarum fiat: quia sicut non placent, quæcumque facile obtinentur. Seneca l. 3. de benefic. c. 4. novis cupiditatibus occupati, non quid habeamus, sed quid petamus; non in id, quod est, sed in id, quod appetimus intenti: quod enim domi est, leve est. Did. Nyff. D. 1. post Pascha §. 1.

Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, quam abscondisti. Psal. 30. 20. Rectè autem intelligimus absconditam, ut eam desideria humana appetant: quia solet fastidiri omne, quod subjacet; & vile plerumque creditur, quod sine aliqua difficultate præstatur. Casiod. hic.

Aqua sursum dulcior. Prov. 9. 17.

Ex Novo.

Accesserunt ad eum turba multa. Matth. 15. 30. Unde tanta populi tunc ad eum concursio? Abul. q. 89. venerunt nunc multæ turba; quia nunc Christus veniebat tamquam novus in terram illam: nam steterat aliquandiu in terra Tyri, & Sidonis; & tunc Judæi non audiebat verbum illius. Nunc verò cum rediit, ex desiderio venerunt ad eum multi; quia carentia præstat desiderium.

Egressus abiit in desertum locum. Marci 1. 35. Eò loci non facile abiret turbam hominum. Negat copiam sui hominibus Christus D. quo absens auerit desiderium eorum. Victor Antioch.

Vide nemini dixeris. Marci 1. 44. at ille egressus cepit prædicare.

Fili, recordare, quia recepisti bona in vita tua. Luc. 16. 25. S. Chrysol. f. 123. ex persona Abrahæ: tu vocas patrem, ego voco filium; ut amariis doleas, perdidisse te, quod natus es. Adhuc voco filium; ut amariis doleas, quod tibi gratia dederat, & natura: quia non habuisset, doloris non est tanti, quanti habita mœroris est perdidisset. Author. Imperf. in 21. Matth. invenies actum in omnibus prophetis, quia viventes eos non coluit, sed post mortem. Unde & Dominus ait: qui diliguntur, sepulchra prophetarum. Matth. 23. 29. S. Hier. ep. 46. Scire non possumus ægotationis mala, nisi cum fuerit sanctas consecutus; & quantum boni virus habeat, vitia demostrant; clariorque fit lumen comparatione tenebrarum.

Dedit eis potestatem filios DEI fieri. Jo. 1. 12. Satus forsitan fuisse dicere, ut liberalitas videretur major, fecit: Deum DEI filios hos, qui in Filium ejus credunt: quibus cum solam potestatem concessam ait, quia filii DEI fieri possent; difficultatem aliquam obtinendo illius dignitatis, tali verborum circuitu indicare videtur. Chryf. & Euthym. Non statim fecit eos DEI filios, nè perignaviam perdant gratiam; sed dedit eis potestatem fieri, quia diligentiores redantur. Greg. Naz. or. 16. quidquid facile percipitur, facile quoque in contemptum venit, quod autem supra nos est, quò majori cum difficultate percipi potest, eò etiam majorem sui admirationem movet: atque id omne, quod desiderium nostrum fugit, cupiditatem exercet. Cyrill. Alex. l. 3. in Jo. c. 34. tunc gratissimum volent fieri beneficiis, quando magno ardore petunt; aliter animus hominis magnitudinem beneficii non cognoscit. S. Laur. Just. l. de triumph. c. 24. id possidetur fortius, gustatur dulcius, charius amplectitur, ac prudentius custoditur; quod ardentissime concupimus, solerter quantum; atque laboriosè repertum est.

Cum sero esset die illo. Jo. 20. 19. Ingeniosa solertia est, moras afferre beneficiis, ut sint, gratiora: quia, sic sunt homines, ut parvi faciant, quod modico labore; tenui sumptu affequantur. Did. Nyff. D. 1. post Pascha.

Occasione accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Rom. 7. 8. Videtur lex peccati causa esse; quæ dum prohibet, concupiscentiam quodammodo inflammare videtur. S. Hier. ep. 151.

Ex Patribus, & aliis.

Rosarum amatoribus natura minutas illas spinas, quasi quædam amatoria illecta menta, isti fiori affixit; ut stimulis illis ægre contactum admittentibus ad majus desiderium colligentes provocet. S. Bassilius apud Did. Nyff. D. 4. Pent. §. 1.

Sic à natura comparatum est; ut quibus expedite, facillèque, potiri possimus, ea segnè appetamus. S. Greg. Naz. or. 13.

Ideo Christus noluit apparere (in Eucharistia) quid est; ut sit desiderabilior. Alger. l. 2. de Sacramentis c. 5.

Avidius requiritur, quod latet; & pretiosius est, quod cum fide quæritur. S. Paschal. c. 12. de Sacram.

Gratior est fructus, quem spes productior edit: ultra objectorum vilius est pretium. S. Prosper Aquin. epigr. 67.

§. IV.

Desideria longa, possessio brevis.

Abrahæ omne vitæ tempus in sobolis votis transactum est; inutilli senectuti concessus filius. Gen. 21. 2. Zeno Veron. f. de Abrah. Abraham Patriarcha noster exploratus à DEO, in senectute suscepit filium: nihil tamen sollicitum Patri, cujus ætas in annis vergentibus in occasu sui terminum verfabatur, & educationis tempus angustum, quando senectuti exitus jam vicinus.

Septimo die septies circuibit civitatem, & parvi fundus circumvenit. Jos. 6. 4. 5. Hebdomada, humane vitæ figura, diebus septem recurrit; ex quibus sex in civitate ambendo ponit populus; & septimi diei majus spatium septem circuitiones insumunt; at tandem in diei articulo optata eveniunt; & Jericho possidetur everfis muris. Naxera in Jos. 5. §. 7.

Sol contra Gabæon nè movearis. Josue c. 10. 12. 13. diem conflictus absumperat, nec jam superaret triumphis spatium. Ergo Josue stationem soli imperat. Tempus triumpho concessum est: moratus est sol; licet à vitæ primordiis hoc curaret, nostræ salutis; non gloriæ vanæ cupidus. Crucem fuit, & titulus Crucis præfixus Sæculorum Regem denunciat: hic est Jesus Rex Judæorum. Matth. 27. 37. O quot doloribus titulus Regni consistat! tribus tandem horis caput titulo redimendum respenderit. Toram vitam laboribus duris consecraverat, ut acquireret. Idem ibidem.

Anima mea habes - fultes, hoc nolle. Luc. 12. 19. 20. Non poterat non exigua esse possessionis spatia, cum tam prolixa fuerit ambitionis tempora. S. Cyrill. in Catena: fructus quidem habes in horreis; sed annos plurimos unde poteris obtinere? dives igitur non parat permanentia bona, sed caduca; & quod stultius est, vitæ longitudinem sibi taxat. Id. ib.

§. V.

Diu desiderata chariora.

Carò constat, quod longo desiderio emittit. Christus Chanaanæ salutem Matth. 15. 23. filia dilati desiderii pretio vendidit. Did. Nyff. f. 5. D. 1. Quadr. §. 4.

Eò quid esset Elisabeth sterilis. Luc. 1. 7. Quare sterilitas horum parentum explicatur? V. Diea hic: divinitus est procuratum; ut provecere ætatis, in qua conjugii fructu privatis Joannes parentibus nasceretur: quatenus inopinato prolis ortu, & ipsi donum gratiæ efficeret; & ceteros miraculo stupor futuri prophæta pararet auditui. Quamò res desiderata magis est extra spem, tantò majori cum gaudio suscipitur. Sylv. hic q. 8.

Quis mihi, & tibi, est mulier: nondum venit hora mea. Jo. 2. 4. Non fere solet Christus ultro, & non rogatus, ad miraculorum effectum accedere: sed necessitati, & ulsi hominum id expectantium hanc gratiam præbere. Etenim sepe uluvenit, ut, quæ aliquantisper differuntur; postea sint chariora; &, quæ non perita ultro donantur, minus grata sunt, minorique in pretio habeantur. S. Cyrill. Alex. apud Nyff.

Id possidetur fortius, gustatur dulcius, charius amplectitur, ac prudentius custoditur: quod ardentissime concupimus, solerter quantum; atque laboriosè repertum est. S. Laur. Just. de triumph. p. c. 24.



S. V. I.

Desideria bona & sancta,

Num. I.

Symbola, & allegoria.

Desideriaque aquas qua erant sub firmamento...

Quid clamas ad me... Desiderium viri sancti...

Flores apparuerunt in terra nostra... Cant. 2. 12.

Omnia, qui bibit ex hac aqua sitiet iterum... Jo. 4. 13.

Num. II.

Varia de bonis desideris.

In ipsa effusione infantium unus (Zara) protulit manum...

Reliqua cogitationes diem festum agens tibi... Psal. 75. 11.

Desiderium iustorum omne bonum est... Prov. 11. 23.

Amici auscultant... Cant. 8. 13.

Pedes eius similes aurichalco... Apoc. 1. 15.

Ex Patribus, & aliis.

Tota vita Christiani boni... sanctum desiderium est.

Sancta desideria dilacione crescunt... Si autem dilacione deficiunt...

Celebritas bona, ac pulchra, & DEO grata, est, Dei cognitio...

S. Gregorius Theol. in laudem patris sui S. Greg. Ep. Naz. orationem sic inchoat...

meruit secreta scire coelestia propheta Daniel, quia jejunavit...

Avis caveat etiam argentea, inclusa, vel aurea, desiderat exire...

S. V. I. I.

Desideria in solum Deum tendant.

Ex Veteri, & Novo.

Requievit die septimo... Gen. 22. Quid restat? ut intelligamus...

Servus in te anima mea... Ps. 62. 2. Beata sitis, qua Deus fitiatur!

En lectulum Salomonis... Ps. 137. Ex foris Israel, id est, ex his, qui Deum mente complectuntur...

Quis mihi det te fratrem meum... Cant. 8. 1. Quid autem est foris? animo, quod extra corpus.

Non est, qui clamat in eis ad me... Osee 7. 7. Quidnam est clamare ad Dominum, nisi desiderare Dominum?

Ubi fuerit corpus... Matth. 24. 28. Aquilas vocat sanctos, qui capiunt dissolvi...

Cum turba irruerent... Luc. 5. 1. Desiderabant, non solum eum aspicere, & audire, sed etiam tangere...

Zacharus querebat videre Jesum, quis esset... Luc. 19. 3. Componere huius desiderium cum desiderio Herodis.

Una Sabbati. Jo. 20. 1. Per noctem ambulaverunt, qua diluculo ad monumentum fuerunt.

Meruit secreta scire coelestia propheta Daniel, quia jejunavit, sed quia concupivit...

Falso igitur quidam Evangelistas calumniati, sunt quod contraria dixissent in eo, quod Matthaeus vespere Sabbati...

Ex Patribus, & aliis.

Paratus sum ad ignem, ad bestias, ad gladios, ad crucem: tantum ut Christum videam...

Bonum tuum quaere ad anima. Est enim bonum aliud alteri; & omnes creaturae habent quoddam bonum suum.

Omnia homo cupit quod bonum est; & affectu quodam naturalis constringitur ad omne, quod bonum putamus.

Porro hoc est unum illud necessarium, in quo est omne bonum, imo quod est omne, & unum, & totum, & solum bonum.

Cur per multa vagaris homuncio, quaerendo bona animae tuae, & corporis tui.

Quodcumque bonum cupis, quodcumque pulchrum quaeris, quodcumque dulce, & delectabile requiris: totum in ipso invenitur.

Qui perpetua Dei cupiditate flagrat, hic eum cernit, S. Joan. Damasc. l. 1. Orthod. fid. c. 18.

DEUM tuum desideria cunctis diebus vite tuae: dulcedo quippe; & illuminatio, atque laetitia perpetua est, desiderare Deum.

S. V. I. I. I.

Desideria mala, carnalia &c.

Symbola, & Similitudines.

ET Chamaleon... Lev. 11. 30. Theophrastus docet, chamaleontem ex rore vivere; & saepe deprehensum muscas comedere.

Humilitas est in pulvere anima nostra... Psal. 43. 25. Pulvis sunt cogitationes nostrae vanae; terra autem prava desideria.

Musca moriens... Eccl. 10. 1. Concupiscentia apte comparatur musca: quia instat musca vili est, exilis, mordax, immunda, importuna, improba, & putida.

Omnes cupit languidum... Il. 1. 5. Omne cor moriens: à planta pedis. Caput liberum arbitrium, cor consilium; pes carnale desiderium.

Nunc verò tribus malignissimis, & validissimis ventis expositi sumus: Carni, diabolo, & Mundo; qui conscientiam illuminatam moluntur extingueret, insufflantes in cordibus nostris desideria mala.

Quid? nisi quaedam bestia sunt, quae libet vitia? quid nisi bestiae sunt, quae libet prava desideria? Rich. à S. Viçt. de erudit. hom. inter. l. 3. c. 2.

Sicut bonus unum habet Deum, quem colit; ita mali multos habent deos, & idola: quia multas scilicet voluptates, multa desideria vana, passiones diversas, quibus ferviunt.

Motiva frandandi desideria prava.

Vinum mortui offerunt... Ex. 16. 3. Hæc periculosa, gravisque, animæ ingerit ægrotudo, ut noxia sumere velis; & quæ utilia sunt, ac saluti proficiunt, spernat, ac renuat.

Fili hominum usquequæ gravi corde... Ps. 4. 3. Hæc postissima ratio, cur deberent homines non amplius inherere temporalibus; quia videlicet venit ad nos de cælo Sanctus Dei, id est, Filius Dei, Bellarm. hic.

In circuitu impij ambulavit... Psal. 11. 9. Semper ambientes bona Mundi, & nunquam ad finem desideriorum suorum pervenientes. Id. hic.

Fervidit meum ad te custodiam... Ps. 58. 10. retrahendo nimirum vim appetituum meorum, eaque in te solem dirigendo: appetitus animam in plura distrahens, debilem reddit ad virtutem. Joannes à Cruce libro Alcenf. montis Carmeli c. 8.

Visitasti terram, & inebriasti eam... Psal. 64. 10. Quid, putas, est causa, quod solum terram Dominus dicitur inebriasse? cur non etiam mare? sed scimus, quia mens, quæ per varia desideria fluctuat, quam adhuc secularium curarum procella exagitat; ad illud internum gaudium non admittitur; & illo torrente voluptatis non potatur: quanto minus inebriatur.

Hæc est illa verè beata terra, mentis videlicet stabilis tranquillitas: quando mens in seipsa tota colligitur, & in uno æternitatis desiderio immobiliter figitur. Rich. à Sanct. Viçt. I. Beniam. cap. 38.

Expellatur sollicitudo pro vitio... Prov. 11. 7. Pagn. expellatur sollicitudo. Alii vanitatum; Alii cupiditatum; Alii dolentium. Al. Iudicatur ad Beniamin, quem mater Rachel Genes. 35. 18. in partu cupide enixa vocavit Benoni; id est, filium dolentium. q. d. sicut Rachel filiorum cupidissima hanc suam cupiditatem luit morte, (nam partu Beniamin interit) sic pariter expectatio sollicitudinis, id est, cupiditatis inhiantium, ideòque dolentium, & suspirantium, peribit; imò ipsomet enecat. Quod enim appetitur sollicitè ex amore, hoc acquiritur cum dolore, & amittitur cum moerore: qui sepe hominem ita affligit, ut vitam ei adimat. Corn. hic.

Et omnia, quæ desideraverunt oculi mei, non negavi eis. Eccl. 2. 10. q. d. plena oculorum, & cordis desideria laxavi habenas, intra limites tamen licitos honestatis, & Legis, nè quid illicitum committeret. Dicitur I. quoniam noxium sit suis indulgere desiderijs, & affectibus: his enim Salomon indulgens precipitavit se in luxuriam, & idololatram. II. Quia periculosum sit, velle experiri, quidquid est licitum; nec terminos voluptatis sibi statuere, nisi in eo, quod illicitum est. Facile enim terminos hostes; & confinia liciti, & illiciti, utpote exiguum, & indivisibile, curiosus transgreditur; itaque in peccatum prolabitur, ut fecit Salomon. Sed, qui nihil vult cavere, nisi quod est peccatum mortale, venialia multa committit, per quæ vicinus fit mortalibus; ac tandem in ea corrumpit. Corn. hic.

Lassus ab hoc sitis, & anima ejus vacua est... Il. 29. 8. Foderunt sibi cisternas. Jer. 2. 13. In desiderio anima sua attraxit ventum amaris suis. Jer. 2. 24. Defecit anima viam, & ad mortem usque lassata est. Judic. 16. 16. Dalila mala concupiscentia, ita eum afflixit. Desideria terrena amicum, ut Samsone Philisthæi, assilunt, Joannes à Cruce c. 6.

Cæcus si cæcus... Matth. 18. 14. Appetitus cæcus est, quia non sequitur rationem. Id. ib. c. 8.

Vinum non habent... Jo. 2. 3. illico apud nuptias vinum deficit. 1. Cor. 7. 28. & si nupsierit virgo, non peccavit, tribulationem tamen carnis habebunt hujusmodi. Efcob. l. 1. mir. Chr. l. 11.

Ex Patribus, & aliis.

Hæc voluntas vaga, incerta, instabilis, imperita; infirma ad efficiendum, facilis ad audeodum; in cupiditatibus cæca, in honoribus tumida, curis anxia, suspitionibus inquieta; gloria, quam virtutum, avidior; fama, quam conscientie, diligentior; & per omnem sui experientiam miserior; fruendo his, quæ concupiverit, quam carendo: nihil in suis habet viribus, nisi periculi facilitatem. Sanct. Ambrosius lib. 1. de voc. Gent. cap. 2.

Nunquam in carnalibus affectionibus ita quiescit animus, ut cruciatu careat; dum necessitudines suas aut bonas amat, cum amittendi metu: aut malas odit; cum amittendi voto: in utroque miseris sustinendis semper obnoxius. S. Paulinus ep. 39.

Ille demum verè divinus est Philosophus, qui omni tempore pravis suis concupiscentiis resistit. S. Ephrem. ferm. ad pietatem.

Impetus cupiditatum ab abjectissimis cogitationibus incipiunt, & formicarum more, sensum repunt. Paulatinus autem in eam crescunt magnitudinem; ut culibet non minus, quam leones, terrorem, ac periculum afferant. S. Nilus in asce.

Sicut ex magno incendio niger exhalatur fumus, quo oculi caligant, nec minus suum ritè possunt exerceere; sic ex cupiditatis incendio adeò obcæcatur ratio, ut pericula non advertat. Naxera in Jos. 16. §. 3.

Vide plura tit. Passiones.

Desperatio. Vide tit. Spes.



TITULUS III. DETRACTIO.

S. I.

Symbola, & similitudines:

Ex Veteri.

Invenimus campum in terra Sennaar. Gen. 11. 2. quod ex Hebræo, significat, excussa dentium: quia dentati id est, superbi homines edificantes Babel, ibi suis dentibus, id est, sua lingua, privati sunt, inquit Rupertus. Et S. Greg. in Pl. 4. pœnit. in Sennaas habitant dentati, qui detractionem moribus proximis laniant. Horum dentes excutit Deus; cum illum facta, simul & verba confundit.

Iner immunda reputabilis -- O' sus. Levit. 11. 4. 5. Sus significat illum, qui gaudet esse in luto, ut est DetraCTOR; qui semper in luto, id est, in vitiis aliorum, immoratur. Hugo Card. hic.

Discerunt lepra in cute, Levit. 13. 12. est infamia falsa criminum; qualibus Christus, & sancti, aspersi, ideoque afflicti sunt. Hæc discerit, quia nunquam locum invenit, ubi verè stabiliatur. In candore veritur; id est, in laudem cognita rei veritate; ideoque lepra mundissima censetur. Quippe per eam homo potius in patientia, meritis, & gloria crecit; cum, sine criminis perpetratione, criminis laborat suspitione. Hinc dicitur de Christo. II. 53. 4. putavimus eum quasi leprosum. Cornel. hic.

Lepra Maræ sororis Moysi infecti rebelles, murmuratores, detractores. Num. 12. 10.

Vas, quod non habuerit operculum, -- immundum erit. Num. 19. 15. Item aliquando comparantur scabronibus: quia deserunt flores, & super stercorea residunt; id est, virtutes aliorum, & opera bona tacent; peccata loquuntur, & ruminant. Comparantur etiam sepulchro Psalm. 5. 12. sepulchrum patens est guttur eorum: quia verba foetida proferunt, & denudant peccata aliorum. Hugo Card. in Pl. 5.

Dolores sunt dentes igniti, Num. 21. 6. quorum moribus multi de filiis Israel perierunt. Sed sanatur plaga hujusmodi, ad respectum serpentis avari: per quem Dominus in cruce significatur: quem qui verè aspiceret, quot, & quanta, propter nos opprobria, contumelias sustinuit, non curaret linguis detrahentium, dicens cum Apostolo I. Cor. 4. 3. nihil pro minimo est. Hugo Card. in Eccl. cap. 10.

Flagello lingua abscideris. Job 5. 21. Dicitur flagellum linguæ DetraCTOR graviter infamantis. S. Thomas hic.

Dentes peccatorum contrivisti. Pl. 3. 8. id est, detrahentium verba mordentia: dentes enim dicti sunt a denendo. Et ideo linguæ detrahentium dentes vocantur; quia, sicut illi abutuntur partes demunt; ita & isti opiniones hominum detractione corrodunt. Cassiod. hic.

Circumdecorant me canes multi. Psal. 21. 17. id est, Judæi, per detractionem oblatrantes, atque mordentes. Et possunt propriè DetraCTores rabidis canibus comparari. Ait enim Plinius lib. 3. quod canis rabidus ut plurimum habet sub lingua vermiculum quemdam, qui linguam ejus pungit; & pungendo choleram magnam in cerebro ejus accendit; propter quod in furiam cum convertit. Sic etiam accidit homini DetraCTOR; qui vermiculum, vel odii, vel invidiæ, aut rancoris, sub lingua, id est, in corde, habet. S. Bernardinus t. 2. f. 29.

Si ambulaveris in medio umbrae mortis. Psal. 22. 4. Nota quod inter omnes peccatores, propriè DetraCTores dicuntur umbrae mortis; quia similes sunt morti: mors enim nulli parcat; sed omnes æqualiter ferit: sic DetraCTores omnibus detrahunt. Hugo Card. hic.

De viris sanguinum salva me. Psal. 58. 3. Viri sanguinum sunt DetraCTores: quia alienum sanguinem, & carnes crudas, comedunt. Id. hic.

Musca morientes perditur suavitate unguenti, Eccl. 10. 1. Hebr. musca moriens facit oleum pigmentarii. Muscis, imò omnibus insectis, oleum est lethale teste Plinio I. 11. c. 19. & Galen. I. 2. de simp. facult. c. 20. Cajet. sic exponit: sicut musca unguentum foedit, sic insipiens: puta DetraCTOR, & calumniator, foedit nomen, & famam sapientis. Sicut enim muscæ impuræ impuris cadaveribus insident, sic DetraCTOR non nisi alienis occupatur. Corn. hic. Vilis res est musca moriens, sed exterminat oleum suavitatis. Tenuerunt membrum linguæ; atamen vix teneri potest: substantia quidam infirmum, atque exiguum; sed usu magnum, & validum invenitur: modicum membrum est; sed, nisi caveas, magnum malum. S. Bern. de triplici custodia. Musca in pomis, non sanum, sed putrefactum mordet; sic DetraCTOR licet in proximo multas virtutes videat: si tamen minimum in eo defectum advertit, illum rostro suo compungit. Diez Dom. 2. Quadr.

Si morietur serpens in oculo silentio; nihil eo minus habet, qui oculum detrahit. Eccl. 10. 11. S. Hier. Serpens, & DetraCTOR, æquales sunt: quomodo enim ille, mordens occultè, vene-

num inferit; sic iste clam detrahens, virus peccatoris sui infundit in fratrem; & nihil habet a serpente amplius. DetraCTOR ergo est serpens I. quia sicut serpens absconditè venena infundit; & cum advertit, invenit te ab illo percussurum, & veneni pestiferi violentia faviatum; sic DetraCTorem admittens, & fratris peccata, aut defectus, audiens: subito amorem, quem erga illum habebas, aut vulneratum, aut penitus exhaustum, invenies. II. Morsus serpentis non unam, sed multas plagas, rostro suo infligit homini: quia venenum ejus per omnia membra serpit, & caque inficit, & cruciat; & DetraCTOR sua maledictio fratrem lædit, pacem turbat, & charitatem dissipat, audientes scandalizat. III. Serpentis lingua est trifida, ait Plin. I. 11. c. 37. unde mordendo trifidum vulnera infligit: sicut & lingua detraCTORIS, detrahentis conscientiam peccato lethali vulnerat; famam proximi faciat; & audientium aures, mentemque malevolentia sua inficit. IV. Aspidis morsus est lenis, ut vix sentiat, velut punctum acutum, sine tumore; virus tamen ejus illico ad sanguinem, & viscera, illico pervadit. Unde Cleopatra aspidis morsu se occidit, ut suavissimè moretur; nec cum Antonio marito à Cesare Augusto duceretur in triumphum. Sic DetraCTORIS sermones lenes sunt: simulat enim, aleritque se, non ex odio, sed amore, & studio emendandi, vitia proximi recensere. Corn. hic.

Leo factus est; didicit rapere prædam, hominem comedere. Ezech. 19. 3. DetraCTores assimilantur canibus macellariorum; qui, licet multæ carnes bonæ resideant in macello, nihil tamen de illis capiunt, vel asportant; nisi aliquod foetidum vel immundum, aut aliud os. De hujusmodi genere esse solent plurimi Seculares: qui cum Religiosis, vel Sacerdotibus, vel aliis servis Dei, conversantes, nihil exempli boni (licet multa videant) ex eis asportant: sed si quid fragilitatis conspexerint, aut otiosum verbum, vel risum; inde scandalizati recedunt; illud perpetua memoria retinentes. DetraCTOR vorax est, imò crudelissimus: quia devorat amplius, quam Infernus: Infernus enim devorat solum malos; DetraCTOR autem malos, & bonos. Sanct. Bern. t. 1. Artic. 2. de DetraCTORe.

Perussit statnam in pedibus ejus scissilibus. Dan. 2. 34. In statua Nabucodonosori offensa erat aurum, argentum & æs; in pedibus vero partem habebat scissilem. Et decidens lapis non aurum, aut argentum, aut æs, percussit; sed scissilem partem contrivit; & ita tota statua comminuta est. Habet proximus aurum charitatis argentum sapientie, & æs optime famæ; & tamen, cum homo fit, habet aliquam partem scissilem, defectum; & impungit DetraCTOR, nec virtutes attingit; sed parum luti, illud confringit; ut pulcherrimam illam statuam profrenat. Diez Dom. 2. Quadr.

Et ecce bestia alba similis urso stetit. Dan. 7. 5. DetraCTOR significatur per hanc bestiam: ursus enim habet os amplum, & multum vorax animal est: sic ipsi DetraCTores. Et dicitur de illa bestia, quod tres ordines erant in ore ejus, & in dentibus ejus. Ita DetraCTio in tribus est: quia DetraCTOR mala opera diffamat bonis apertis derogat, dubia malè interpretatur. Hugo Card. in Psal. 22.

Quia sicut spina. O. Nahum 1. 10. Convivæ vocantur spinæ: quia sepius abentes sua maledictio, convitiis, & scommatibus; pungunt, & lacerant. Corn. hic.

Ex Novo.

Habebat demonium jam temporibus multis. Luc. 8. 27. Cum cœtera vitia habeant unum demonem in prælato; sola crudelitas DetraCTORIS à multis demonibus possideatur. In cuius mysterium demoniacus ille, qui morabatur in monumentis; & qui sepulchrum est guttur eorum, legionem demonum in se habuisse refertur. S. Bernardinus t. 1. f. 23.

Vidit equus in visione. O. Apo. 9. 17. &c. Quanta sit nequitia DetraCTORum, hic mysticè demonstratur. Id. ib. f. 23.

Et ecce draco magnus, rufus, habens capita septem, & cornua decem, & cauda ejus traherebat tertiam partem stellarum caeli, & misit eas in terram. Apoc. 12. 3. 4. Homo iracundus, qui proximo suo convitiatur, qui eum famam obsecrat, draconi similis est: ejus lingua instar caudæ draconis; quidquid in proximo illustre, virtuosum, & velut sidereum est, palam subinde, sepius clam, & in occulto flagellat; & ex alto existimationis caelo in terram detrahit; ut non amplius credatur talis esse, qualis vel erat, vel apparebat: neque id uno modo molitur, sed vario, ut observat Sanctus Bernardinus t. 2. sermon. 29. artic. 2. cap. 7. DetraCTio est, secreta bona occultare, occulta bona denigrare bona in mala convertere, bonis mala miscere; occulta mala manifestare, audita mala augmentare, atque crimina falsa imponere: quæ sunt septem draconis, id est, DetraCTORIS capita. Quoties immittit uno verbo laus viri boni, illum ex alto bonæ famæ detraxit in terram; ut nunquam amplius ad pristinum honorem resurgeret. Hoc est, quod dicebat David. Pl. 72. 9. postquam in caelum exivum: iniquitatem in excelso locuti sunt. Schonleben p. 2. Discursu 7. D. 5. post Pent.

Ex

Ex Patribus, & aliis.

DetraCTio grave vitium est, grave peccatum est, Canum mos est lacerare; canum, dente pestifero mordere, foli canes oblatrare noverunt. Sanct. Iñd. lib. 2. Synon. vel Soliloq. cap. 9.

Pessima vulpes occultus detraCTOR; sed non minus nequam adulator blandus. S. Bern. f. 63. in Cant.

Est DetraCTOR mortifera sagitta, emissã de pharetra Sathanae ad perdendas animas. Sanct. Laur. Justin. de discipl. monast. capit. 22.

Non nisi, quod foedum est, foedit; & quod immundum est, contaminat. S. Cyrill. in Apolog. c. 29.

DetraCTores Deo odibiles. Ipsi propriè advocati sunt diaboli. Hugo Careñ. in c. 24. Prov. DetraCTOR est coquus diaboli. Id. in c. 6. Prov.

Inter cœtera peccata, DetraCTio est inhumanus, & bestialius, quia lupinum; nam bestia bestiam ejusdem speciei non comedit; sola lupa excepta, quæ ut ajunt, cum fame premitur, lupum comedit. Sic DetraCTOR homo hominem suæ naturæ confortem, tanquam lupa rapacissimã, dentibus detraCTionis rodere, & comedere, & occidere non erubescit. In hoc à lupa differens, quod illa comedit carnes recentes; ipse autem quandoque carnes fetentes, etiam putrefactas; quando videlicet non tantum vivis, sed & dudum mortuis, dentes infigit. Gerion. in responsoriis ad quãdam quæst.

Qui sordes totius urbis evehunt, vilissimi in bene morata civitate habentur. Ita Christiani perisplema habendi sunt, qui temerè suspicantes domos alienas convertunt, omniumque naribus exponunt. Beffeus tom. 2. Domin. 1. post Pentecost.

Præusquam Camelus bibit, turbat aquam; nè in ea corporis sui foeditatem videat. Ita mali turbant splendorem virtutum bonorum, honorem eorum obscurantes; nè in iis vitia sua videant. Stellap. 1. c. 77.

Ut gallina, dum rostro pavimentum domus sordibus inquinatum scrutatur, eam querens: si ad amantem, aut Smaragdum reperit, rejicit; si autem vermiculum, aut vile mili granum, illud læta eligit, & accipit: sic DetraCTOR &c. Diez DetraCTio.

Proprium stultici est, aliorum vitia cernere, oblivisci suorum. Cicero l. 3. Tusc. qq.

S. II.

Motiva vitium DetraCTionis fugiendi.

Motivum I.

Quia grave, & crudele est vitium.

Ex Veteri.

De fructu lignorum, quæ sunt in paradiso, vestitur O. Gen. 3. 2. Lipoman. Eva non se tam gratam ostendebat pro tot, tantisque concessis in paradiso fructibus; quàm querulam, & impatientem, de uno negato se ostendebat. apud Nyll. ser. 4. Dom. 3. Quadr. §. 4.

Non maledixit surdo. Levit. 19. 14. Quare? an forsitan surdi speciali audient privilegio; ut inficos quidem, mutulos, balbos, impunè liceat calumniari; non item surdos? haud: charitas enim omnes, sine discrimine personarum, complectitur. Prov. 10. 12. universa delicta operit charitas. Voluit tamen Deus, ex mente interpretum, singularem curam surdorum haberi: quia turpe nimis, & inhumanum, videtur; illum læsere verbis, qui, cum audire eos non possit, innocentiam suam tuendi modum non habet. S. Greg. 3. past. surdo maledicere, est absenti, & non audienti, derogare. Segneri ser. 3. Dom. 3. Quadr.

Chm recessum ab eis, detrahebant mihi. Job 19. 18. Iniquissimum planè factum: si enim defectibus scater frater vester; ei & palam, & in faciem, exprobrare: ut quondam Davidi Nathan, Jeroboamo Achias, Baptista Herodi. Dum autem absentiem roditis, vecordis instar canis lupum jam fugam lapsum, & in antro tutum, allatratis. Id. ib.

Qui devorat plebem meam sicut esam panis. Pl. 13. 4. Cur non sicut vitulos, gallinas, pedices, pices: quia sicut panem, cibum quotidianum. Lorius: ciborum aliorum partes relinquuntur, ut ossa, spinæ, putamina; nuclei; panis sumitur totus. Sylv. in Matth. 13. q. 4.

Impi quasi mare fervens. II. 57. 20. quod quiescere non potest. Hæctor Pintus: ut mare propellit in litus limum, spumas, & alias spurcias; & ut se purget litus coinquat: sic impius, ut se laudet, alios vituperat; ut se defendat, aliis vitiorum notam iniurit; eorumque splendorem maculare contendit. Apud Nyll. f. 4. Dom. 3. Quadr.

R. P. Spanner Poly. Tom. I.

Ex Patribus, & aliis;

Grande vitium est, detrahare fratribus, tacere non posse; circuire cellas, aliis detrahare. Ergo peccator sum, vite peccator est. Quid ad te? te ipsum considera, nè cadas. Quid in alterius ruina exultas? nunquid, si ego occidero, tu itabis? licet ruina mea sit; ruina fratris timor tuus effedebet, non exultatio. S. Hier. in Pl. 149.

Grave malum est detraCTio, turbolentus demon, nec unquam peccatum hominem reddens. Quodnam enim mali genus est, quod non à detraCTione oriatur? S. Chryf. in Pl. 100. 5.

Minus malum est, manducare carnes in Quadragesima, quàm carnes comedere fratrum suorum. S. Bonav. ser. 81. de tempore.

Carnem edere, & vinum bibere, melius est, quàm in detraCTione carnes proximi sui vorare. S. Ephrem Paron. t.

Gladius anceps, imò triceps, est lingua DetraCTORIS. Nec verò ejusmodi lingua, ipso, etiam mucrone, quo Dominicum latus confossus est, crudeliores dicere verearis. Fodit enim hæc quoque Christi corpus, & membrum de membro. Nec jam exanime fodit, sed facit exanime fodiendo. Ipsi quoque nocentior est spinis, quas illi tam sublimi capiti ferri militaris imposuit; seu etiam clavibus ferreis, quos sacratissimis manibus illis, & pedibus, consummatio Judaicæ iniquitatis infixit. S. Bern. f. de triplici custodia.

DetraCTio spirituale homicidium est: quod enim in corpore materialis agit gladius, hoc in anima detrahentium perficit lingua. S. Laur. Just. I. de vita solit. c. 4.

Leo leoni parcat, lupus lupum non comedit, & quasi omnes feræ erudeles aliis feris generis sui parcurit; solus autem DetraCTOR similes sibi fatagit devorare. S. Bernardinus t. 29.

Motivum II.

DetraCTOR ipse sibi nocet.

A detraCTione parcat lingua. Sap. 11. 11. Parcere, etiam significat misereri; unde aliqui verunt: miseratione tangimini linguis; nè cum temerari patiamini detraCTione, & obligari flammis; uti contigit diviti poloni. Luc. 16. 24.

Dedi inaurum super os tuum. Ezech. 16. 12. Inaurum aurium ornamentum est, non labiorum. Cur ergo in aure non aures, sed labia ornantur? Ut scias, illud fore in auribus, quod fuerit in labiis; nam, ut ait Terentius in Eunuchio. Si male dixeris, pejus audies. Naxera in Jos. 6. §. 17.

Quare dicitur tui transgressiorem traditionem seniorum? Matth. 15. 2. Sed quid referunt responsi? quare? vos transgressimini mandatum Dei propter traditionem vestram? v. 3.

A charitate excidium fit fatetur, qui detraCTionibus assuetus est. S. Laur. Just. de disc. monast. c. 13.

Motivum III.

Pœna DetraCTORum.

Illi omnes, qui Moyfis famam læserant, ab insecto aspidum exercitu obruti sunt. Num. 31. 5. 6. Dathan, Core, & Abiron, Moyfis contemptores, à terra absorpti sunt. Num. 16. 3. 31.

Tine Dominum, sili mi, & cum detraCTORibus non commiscearis: quoniam repente confurget peccatorum. Prov. verb. 24. 21. 22.

Qui Judæ Machabæo temeritate summa detraxit, verba ipsi summis in labris imperfecta hæleret; & subito tactus apoplexia obmutuit simul, & expiravit. 1. Mach. 9. 55.

DetraCTORI Malachia intumuit, & computruit lingua, vetricibus scatenibus ex ea. S. Bern. in vita S. Malachia Ep.

Motivum IV.

Difficilis sanæ restitio.

Proiecerunt singuli virgas suas O. Ex. 7. 12. Orig. hom. 13. in 2. Num. non poterat virtus demoniaci malum, quod ex bono fecerat, restituere in bonum. Potuit ex virga serpentem facere; virgam autem reddere ex serpente non potuit. Idipsum vobis accidet, d maledici, & detraCTores: efficietis quidem, ut proximus vester aliis sit horrore, & serpenti similis videatur; sed qua ratione priorem illi gratiam, & formam restituetis? Facile vobis erit, homini pudico lascivi nomen inurere, sed qua arte hanc maculam elucetis? Facile erit vobis, ut; qui devotus est, credatur hypocrita; sed quid ageris, ut ex hypocrita denuo religiosus videatur? O quam raro ad unguem, ex rigore justitiæ, famæ restitutio præstat! Segneri I. 19. f. 4. Dom. 3. Quadr.

Leni furro, pauculis verbis, mala opinio de aliquo, velut clavus in asserem adigitur. Vixne huic iterum extractum? vix ulla vi hoc efficit. Contra serpentis citius, est serpentis pulvis; contra scorpionis aculeum, est scorpionis oleum; contra rabidi canis morsum, sunt pilli canum. At qui læsi sunt lingua obtrectatoris, ab eadem difficulter, nec nisi imperfectè, aut numquam

Q